Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Predigten - Cod. Aug. perg. 118

Gregorius <Nazianzenus>

[S.l.], [9. Jahrh./10. Jahrh.]

Inhaltsangabe, praefatio

urn:nbn:de:bsz:31-66157

Visual Library

Haec insunt in hoc codice libelli
siue omelie sci gregorii nazanzeni
nr x. hoc est apologeticum L. I. de e
piphaniis siue natale dni L. I. de lumi
nibus quod est de secundis L. I. de fide
L. I. et de nicena fide de pentecoste
et de spu sco L. I. in semet ipso de agro
reverso L. I. de hieremia dicta presente
imperatore L. I. de reconciliatione
et unitate monachorum. L. I. de grandinis
uastatione cum pater eps reticeret
L. I. de arrianis quod n licet semper et
publice de do contendere L. I.

Proficiſcenti mihi ex urbe magno
pere iniungebas aproniane fili
cariſſime. ut tibi abſens quoque aliqd
operis inpenderem. ne nos a conſuetis ſtudiis
neceſſitas meae profectionis inhiberet. Pe[illegible]ebar
ergo gregorium tibi in latinum uerti: uirum
per omnia incomparabilem, Qui uerbo & operi
bus clarus. ſplendidiſſimum lumen ſcientiae
xpi eccleſiis praebuit: dum ea docuit quae fecit
nec ſeipſum condemnauit agendo contraria.

quam docebat. In Cappadocia domo, episcopo patre,
matre quoque satis religiosa oriundus fuit; A-
thenis et altus et eruditus, ut pauci; nec tamen
in conversatione scholari vel aetatis vel sodalium
inlecebris cedens, perdidit pudicitiam; sed tamquam
a deo sibi commissum thesaurum ad domum cas-
tam reportavit integrum signaculum castitatis;
Denique cum phylosophye studiis apud Athenas
floreret, vidit per soporem sedenti sibi et legen-
ti duas decoras satis dextra laevaque feminas con-
sedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo
torvo re respiciens quaenam essent vel quid
sibi vellent percontabatur. At illae eum fami-
liarius et ambitiosius conplectentes aiunt;
Ne moleste accipias iuvenis; notae tibi satis et
familiares sumus; Altera enim ex nobis sapi-
entia, altera castitas dicitur; et missae sumus a
domino tecum habitare, quia iocundum nobis et
satis mundum in corde tuo habitaculum praepa-
rasti. Tum deinde cum ob eximium in litteris
profectum Athenis ut oratoriam doceret adstrin-
geretur, furtim navem ingressus abscessit; et cum se
inexplorato mari commisisset, tempestate
vexatus est; in qua se deo servitūrum vovit;

Quodque cum faceret: subito a patre episcopo in sacerdotium subrogatus est; Quod egre ferens: discessit ad tempus; Post modum uero regressus: libellum hunc apollogeticum dixit in ecclesia causę suae abscessionis uel etiam reditus allegans.

Post hec etiam defuncto patri succedit in episcopatu: apud nanzanzo breue opidum; Et inde cum post ualentis arriani tempora ecclesias catholici recepissent: constantinopolim ad instituendam uel docendam ecclesiam transire exoratus est. Ubi cum magnificum opus in uerbo dei ageret: et infinitas cotidie pene multitudines ab heresibus ad fidem ueram conuerteret: ut fieri solet: gloriam aemulatio subsecuta est.

Ille uero tamen erat in timore dei perfectus: ut cum sensisset causa sui esse inter episcopos disceptationem: statim sponte discederet: dicens illum tantummodo propheticum sermonem; si propter me est tempestas ista: tollite me et mittite me in mare. et desinat a uobis commotio; Huius neque uita aliquis probabilius et sanctius: neque eloquentię clarius. et inlustrius neque fide purius et rectius. neque scientia plenius et perfectius inueniri potest; qui solus sit de cuius fide ne dissidentes quidem inter se

ut fieri ſolet. pariter et ſtudia diſputare potue
rint; ſed id obtinuerit apud deum et eccleſias dei
meriti. ut quicumque auſus fuerit doctrinę eius
in aliquo refragari. ex hoc ipſo quia ipſe magis ſit
hereticus arguatur. Manifeſtum namque indici
um eſt: non eſſe rectę fidei omnem. qui in fide
gregorio non concordat. Hunc ergo abſque ullo
ſcrupulo lege: ſciens tamen quod eloquentię ei
præfulgidum in greco lumen non parum neceſ
ſitas interpretationis obſcurat; In quo utrum
noſtri ſermonis paupertas. an ipſa interpretationis
natura hoc agat. tu qui utriusque linguę haberis
peritiam magis probato. FINIT PREFATIO
RUFINI. INCIPIT APOLLOGETICUS IN LA
TINUM TRANSLATUS E GRECO.

Victus sum: et fateor me eſſe ſuperatum.
Subiectus sum domino. et obſecraui eum.
Dignum etenim eſt: ut mihi beatus dauid adape
riat ſermonis oſtium. immo uero ille ipſe qui in
dauid loquebatur. et qui etiam nunc per eum loquitur;
Obtimus namque ordo eſt. et totius uel uerbi uel operis.
ut a deo nobis origo ſumatur. et in deo conſumma
tione feratur. Cauſa pro qua dudum uelut tędio
quodam et indignatione ſuperatus abſceſſi. et e